e-codices

Ad Scilicet et q̃i tu nobiſcum quidem aduenients hodie
Onerauerſ liberum ut commoſtrarem tibi locum
Et uoluptarium ubi amans poſſes pergere
Mil Heu edepol mortaleſ maloſ. *Ago* ego enim docui. *Mil* Quis te
Porro. *Vil* agite intro abite agoraſtocles ne hic uos
Mecum conſpicetur Leno: neu fallaciae prepedimentum
Obijciatur. *Mil* hic homo ſapienter ſapit. *Ago* facite quod lub&
Abeamuſ. ſ; uoſ ſatis dictum eſt. *Vil* abi. *Ago* abeo. queſo dij
Immortales. *Vil* quin abis. *Ago* abeo. *Mil* ſapis
Vil At at. *Ad* quid eſt. *Vil* foreſ hę fecerunt magnum flagitium
Modo *Ad* quid ē flagitij. *Vil* crepuerunt clare. *Ad* dite
Perdiunt pone nos recede. *Vil* fiat. *Ad* nos prioreſ ibimus
Faciunt ſcurre qđ conſueverunt pone ſe ſe homines locant
Illichomo eſt q̃ egreditur leno. *Vil* bonuſ eſt nam ſimilis
Malus ē iamnunc ego illi egredienti ſanguinem exugā procul

LICVS LENO. ADVOCATI. COLLABISCVS VILLICVS.

Iam iſtuc ego reuortar miles conuiuas volo reperire nobiſ
cōmodos una ſient interim attulerint exta atque eadem
Mulieres iam abre diuina credo apparebunt domi ſ; quid
huc tantum hominum incedunt. ecquid nam afferunt
et ille clamidatus q̃ſ nam ē qui ſequitur procul
Aetolica ueſte. *Ad* ſalutamus lice quanq̃ hanc ſalutem ferimus
Inuiti tibi. & q̃q̃ bene uolumus Leuiter lenonibus
Ly Fortunati omnes ſitis quod certo ſcio nec fore & fortunam id
Si ſaturam fieri. *Ad* iſtic ē theſauruſ ſtultiſ in lingua ſitus
Vt queſtui habeant male loqui melioribꝰ. ę uiam q̃ neſcit qua
Deueniat ad mare: eum oportet amnem querere comitem ſibi
Ly Ego male loquendi uobiſ neſciui uiam: nc̃ uos mihi amneſ eſtis
Vos certum conſequi ſi bene dicetis uoſtra ripa uos ſequar
Si male dicetiſ uoſtro gradiar limite. *Ad* malo bñ facere tantum eſt
Periculum q̃tum bono male facere. *Ly* qui uero
Ad Scieſ. malo ſi quid benefacias id beneficiū interit. Bono ſi q̃d
Malefacias etatem expetit. *Ly* facete dictum. ſ; quid iſtuc ad me
Attinet. *Ad* quia nos honoriſ tui cā huc ad te venimuſ
Quanq̃ bene uolumuſ Leuiter lenonibꝰ. *Ly* ſi quid boni
Adportatis habeo gratiam. *Ad* boni de nr̃o. ē nec ferimuſ

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 194r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/194r)